

3099

C O D I C E S

3100

*sancti. patris polonorum solenni-
ter peragenda. Historia rhyth-*

*mis et modulis musicis inclusa sic
orditur:*

*Dies adest celebris
Ad lucem de tenebris
Consurge polonia.*

*Preciosi martiris
Glebam fovens corporis
Letare Cracovia &c.*

Ad calcem sequuntur *Orationes matutinum ceterasque horas concludentes* numero tres, quibus accedit eadem manu: *Thomas subscriptit. Thomam hunc Praefulem Cracoviensem Thomam Strzapinskium, 1460. vivis ereptum, virum, Dlugoffio teste Hist. Polon. L. XIII. Lips. 1712. T. II. col. 261. magnae devotionis et religionis, fuisse coniectamus, cujus auctoritate Cantus hic ecclesiasticus publicatus fuerit; Codicem vero nostrum, qui Bollandianis ad diem VII. Maji non innotuerat, Sigismundi, aut Sigism. Augusti Regg. Poloniae aevo Vindobonam demigrasse.*

de hoc praesenti *Codice*, qua solet, ubertate jam egit *Lambecius* L. II. p. 886. edit. *Kollar. col. 784. et Analect. T. I. p. 899. Bollandiani* item in *AB. SS. T. I. Junii* a p. 339. et *Append. p. 10.* ne actum agamus, id modo addimus, *Paulum Stockeraviensem* Canonicum *D. Stephani*, gesto a. 1481. *Rectoris Univerfit. Vienn.* munere, *Dono suo* non nisi *biennio* superfuisset.

DCCCLXVI.

DCCCLXV.

727 Codex membraneus lat. Sec. XV. Folior. 44. 4. luculente exaratus, coloribus auroque fulgidus, et anno 1482. a *Paulo de Stockeraw* Theol. Doct. oblatus *Fridrico III. Imp.* continet *Officium ecclesiasticum de S. Morando Chuniacensi Monacho*, qui Sec. XII. initio vixit, cum ejus Vita in VI. *Lectiones* tributa, praemisilloque *Epitaphio* dialogico inter *S. Bernardum* et *S. Morandum*, cujus exemplum jam *Cod. DXC.* produximus, et quidem multo correctius. Quoniam vero

Codex membraneus lat. Sec. 56 XV. utrinque mutilus Folior. nunc 42. f. caractere crasso et fat rudi incipit ab *Officio Defunctorum* cantu choralis permixto. Hoc *Officium* excipit *Sacrum solenne de Corpore Christi* totum modulis musicis inclusum, et *Exequie mortuorum que fiunt finita missa ad sepeliendum funus.* His subscriptum legitur: *Iste libellus est comparatus pro fraternitate clericorum in districtu ybs (Usbium, Pons Isidis, Austriae infer. Urbecula) sub anno domini ihesu M.^{mo} CCCC.^{mo} LVI.^{mo} Fraternitates ejusmodi, ducto ab Ordinibus religiosi exemplo, etiam inter Clericos seculares coivisse varia prioris aevi monumenta testantur. Reliquum Codicis Moduli musici*
An-